



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIX. Der Knappe Gottfried von Thünen verkauft dem Kloster Diesdorf 2
1/2 Hufen in Döhre, am 24. August 1308.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XXIX. Der Knappe Gottfried von Thünen verkauft dem Kloster Diesdorf $2\frac{1}{2}$ Hufen in Döhre, am 24. August 1308.

Omnibus Christi fidelibus presentium litterarum auditoribus et visoribus univ[er]sis. Ego Godfredus, Famulus, dictus de Tune, Castellanus ibidem, recognosco harum testimonio publice protestando, quod ego solido consensu et consilio heredum meorum, honorabili viro, domino Almerico, preposito in Distorp, vendidi duos mansos et dimidium in villa Doren, ad manum et usum dicti monasterii vel clasteri Distorp, videlicet cum omni jure, quo ego ipsos mansos libere hactenus habui et possedi. Super hac emptione et venditione, dicto preposito et monasterio prescriptum meum inde confectum duxi pro testimonio largiendum. Datum Tune, a. d. MCCCVIII, die Bartholomei Apostoli.

Nach einer Mittheilung des verewigten G. B. von Raumer.

XXX. Herzog Otto von Braunschweig erläßt bei Uelsen gelegene Besitzungen des Klosters Diesdorf den gewöhnlichen Lasten und Abgaben, am 1. November 1308.

Omnibus cristifidelibus presentium litterarum nostrarum auditoribus et visoribus univ[er]sis dei gracia Ottho, dux de brunwich et laneburch, Salutem perpetuam in domino. Nouerit univ[er]sitas vestra et univ[er]sitate singularitas, quod nos de consensu et ratihabitione omnium heredum nostrorum damus libera, iusto proprietatis titulo perpetuo, monasterio et conuentui distorpe bona, lyderen sex curias, mere tres curias, hanstede vnam curiam, Lembeke vnam curiam, sitas iuxta vlfen, de omnibus aduocaciis, iusticiariis, tributariis et aliis obuentionibus et prouentibus, quibus nobis soluendis dicti vndecim curie hactenus fuerant obligate, ita dumtaxat, quod nobis dictum monasterium et conuentus persoluat singulis annis deinceps ex dictis curiis vndecim marcas denariorum, id est ex qualibet ipsarum in pascha octo solidos et in festo sancti mychahelis vnum solidum, pro annua prouisione. Datum in castris belekede, Anno domini M^o. CCC^o. VIII^o. in die omnium sanctorum.

Nach dem Orig. des Stendalschen Rathesarchives II. Abth. No. 98.